

- 18 Clericus in Jure peritus, si recusat advo-
care pro laico, & in foro laicali, non po-
test dici negligens, quia ad id non tene-
tur, & forsan non liceret, ad allegata per
Belle. disquisit. Clerical. rubrica de disciplina
clericali §. 27. nū. 11., quod tamen in Urbe
non habet locum, tum propter approbatio-
nem tacitam Pontificis, tum quia licet Tri-
bunalia sint pro causis laicis, tamen om-
nes Judices, Clerici sunt, & causæ benefi-
ciales, atque Ecclesiasticae coram eis per-
mixtum tractantur, non repugnaret tamen
clericu adlocare pro laicis, & in foro laicali
in camera, ubi cessat strepitus litigantium.
- 19 Abbates, pro necessitate, & Utilitate sui
Monasterii, omnesque alii conventuum,
& religionum Superiores, si aliis non re-
periatur idoneus, tenetur advocati mu-
nus, & officium subire, & negligendo, ac
recusando graviter culparentur, quia tenen-
tur utilia facere, tamquam boni fami-
liae Patres, & necessitatibus consulere;
neque alterius superioris requireretur facul-
tas, quia sicuti potest Abbas, & superior
Monacho, & Religioso sibi subdito hoc of-
ficium committere, ita, & potest hæc mu-
nera ipse subire, ad tex. in can. Monachi il-
2. 16. q. 1., cap. 2. de Postulando, Clement.
Religious de procur., Azor. Inflit. Moral. p. 1:
lib. 12. cap. 11. quæst. 9., Sanchez. ad decal-
og. lib. 6. cap. 13. n. 18., Tamburin. de Jure
Abbatum disp. 17. q. 5. tom. 3., ubi sub num.
2. bene notat, quod posset etiam pro laicis
extraneis patrocinium suscipere, si inde ma-
gna Monasterii Utilitas sequeretur, ut si
essent singulares benefactores, vel futuros
sperarent.
- 20 Hinc est, quod Valeat argumentum, à mi-
lite ad Advocatum, quod sicuti miles te-
netur pugnare ad Utilitatem, & necessi-
tatem Patriæ, & Principis, cuius stipendia
recipit, & si officium suscepit, ut Custo-
dis Castræ, Fortilicij &c., teneretur pro
Viribus ad ejusdem defensionem, ita, &
Superiores Religionum, nam illi, armis,
isti, legibus, & doctrinis homines defende-
re dicuntur, ad tex. in l. Advocati C. de Ad-
vocatis divers. Judic., Cassaneus in Catalogo
gloriæ Mundi p. 7. confid. 28., Tiraquel. de
nobilit. cap. 29. à num. 11., Jo. Garzias de
nobilit. glos. 35. num. 10., Borell. summa de-
cis. tit. 65. num. 20. 21., Sayr. Clavi Regia
lib. 12. cap. 22.

- 21 Proponit difficultatem Ricciullus de Jure
personar. extra Eccles., an Prælatus excom-
municatus teneatur, vel possit pro suo Mo-
nasterio Advocare, & lib. 4. cap. 26. res-
pondet, quod si sit excommunicatus publi-
cè, vel notorius, nec tenetur, nec potest,
si vero occultus, potest, & tenetur, quia
ei permisum est agere, ad allegata per Ab-
batem in cap. Veritatis sub num. 34. de dolo,
& contumacia, Fellin. in cap. intelleximus sub
nu. 3. Vers. 12. de claratio de Judic., in casu
autem quo potest, tenetur defendere Jura
sui Monasterii, & omittendo culpatur.
- 22 Advocatus fiscalis Sancti Officii, potest no-
tari negligentia, si non tueatur Jurisdictionem
Sancti Officii, seu Inquisitorum diligen-
tissimè, ut notat Carena de S. Officio p.
1. tit. 9. num. 27., nam cum hæc Jurisdi-
ction, ejusque exercitum, non solum sit ma-
gnæ utilitatis in Ecclesia Dei, sed & ne-
cessitatis, nam ea vel sublata, vel debili-
tata, facile cuncta erroribus haereticorum,
& superstitionibus redundarent, hinc est
quod teste Sousa agendo de Origine Jurisdi-
ctionis, seu Tribunalis Sancti Officii in Regnis
Lusitanicæ, Summi Reges insteterunt pro
Institutione tanti Tribunalis, ad extir-
pandos errores, quibus Veritas Catholicæ
fidei deturpatur.
- 23 Inquisitor vero fidei, tenetur Reis proces-
satis in Sancto officio, Advocatum assigna-
re, alias denegando, & omittendo talem
assignationem, läderet Jus naturæ, quod
reis defensiones concedit. Farinac. de ba-
reticis quæst. 185. §. 14. num. 226.; non so-
lum ad instantiam reorum, sed etiam ex
officio, ad hoc ut præcisa veritas elucescat
Eymeric. 3. p. direct. rubr. de defens. reorum n.
117., quinimmò, & si Reus renuntiaret
termino sibi assignato, pro defensionibus ha-
bendis, consultit tamen Carena de Sancto
officio p. 3. tit. 9. num. 93., quod prudentes
Judices finant labi terminum, pro defensio-
nibus assignatum, nisi forte esset periculum
in mora.
- 24 Non incurrit tamen negligentia notam
Inquisitor, & Quilibet Judex, si delictum
sit notorium, potest enim tunc, nec Advo-
catum reorum admittere, nec terminum
defensionis assignare, vel termini lapsum
expectare, Farinac. quæst. 39. num. 13., &
seqq., Carena de Sancto Officio p. 3. tit. 9.
num. 1.

- 25 Dixi (si sit notorium), & tunc est quan-
do delictum, nulla tergiversatione possit ce-
lari c. cum olim de Verbor. significi, cap. tua
nos de Cobabitatione clericor. cap. Evidentia
de accusat., sed quia difficile satis est, quod
nulla tergiversatione possit Celari, ideo
ponitur pro constanti, quod semper reo as-
signetur terminus defensionis, etiam con-
tra propriam confessionem, quia adhuc ali-
qua tergiversatione celari potest Guazin. ad
defensionem reor. defens. 29. cap. 4., Concio. resol.
crimin. Vers. Defensio resol. 1.; ratio autem
est, quia ubi aliqua tergiversatione delictū
celari potest, tunc non potest verificari,
- 26 Hinc est quod communissima sit DD. sen-
tentia, quod Judex ipse tenetur diligenter
inquirere, quæ faciunt ad defensionem
rei, ut sic veritatem detegat. Farinac. q.
11. num. 10., Scanarola de Visitatione carce-
ratorum lib. 2. §. 10. num. 13., ubi plura.

Ad Articulum de Negligentia administratorum bonorum alienorum.

S U M M A R I A.

- A**dministrator bonorum Communitatis, si
negligens tenetur solum de dolo, & la-
ta culpa, quoties sine lucro administrat,
si vero cum lucro tenetur etiam de levi.
- 2 Negligens exigere Jura Communitatis in po-
nam capi potest, & ab eo totum exigere.
- 3 Negligens administrator, tenetur ad damna,
& interesse.
- 4 Punitur in simplum, & qui negligit notare di-
stinctè omnia, est suspectus de dolo.
- 5 Primo limitatur, si administrator sit consan-
guineus, & administraret Jure sanguinis.
- 6 Secundo limita, si bona sint pauca, & pauci
valoris.
- 7 Tertiò limita, si administrator sit liberatio
legata à testatore, quia tunc culpa levis cen-
setur remissa, non vero lata, aut dolus.
- 8 Negligentes notare in libris administrata, adeò
tenetur ad damna, & interesse, ut contra
eos detur juramentum in item.
- 9 Negligens, non gaudet beneficio præscriptionis
statutaria annorum 15.
- 10 Tenetur confiscare inventarium, si sint exe-
cutores testamentarii.
- 11 Negligens implicare pecuniam in emptione rei
fructifera, tenetur ad damna, & interesse
lucri cessantis, & danni emergentis.
- 12 Successor in beneficio, an teneatur ad taxam

ARTICULUS III.

De Negligentia Administratorum bonorum alienorum.



Dministratores bonorum alienorum, vel Communitatis sint, vel particularium, possunt in pluribus notari, de negligentia, & maximè.

1 Administratores Communitatis, qui scilicet bona communia, & Jura communia administrant, quounque nomine nuncupentur, si in tali administratione fuerint negligentes, in pluribus casibus puniuntur, quia non solum tenentur de dolo, sed etiam delata culpa, & negligentia: *Lucas de Poena in l. comperimus 2. num. 3. C. de Naviculariis l. xi.*, non tamen de levi, quoties sine lucro administrant, ex allegatis per *Gratian. discept. for. c. 125. num. 1. 2. 3.*, si enim cum lucro administrarent, quia tunc ex contractu, vel quasi, tenentur etiam de levi, legem enim contractus dedit, ut dicitur expressè in *l. contractus ff. de reg. Jur.*, quem textum fatis fertilem, quo ad hanc materiam de culpa, & negligentia dicit *Cagnol. ibid.*, ubi num. 10, & 11, notat totam rationem diversitatis, stare in eo, quod administrator lucrum recipiat, vel non, ut teneatur, vel non teneatur de levi, quia si mercedem recipiat, contractus est gratia utriusque, si vero nullum recipiat, est solum gratia ejus, cuius bona administrat *l. in rebus S. bæc ita ff. commodati*, & notat glos. in dicta *l. contractus ff. de reg. Jur.*

2 Et quidem primò, si Communitas oneretur debito, putà taxa, quæ sit exigenda per suos administratores, si talem exactiōnem negligent, ipsi in poenam capi posunt, & ab eis exigitur in solidum, licet postmodum ab aliis recuperant *l. fin. maxime §. item rescripsierunt nominum ff. de administ. rerum ad Civitat. pertinent.*, *Salust Tiber. praet. Judic. lib. 1. c. 36.*, *Loesus tract. de Universitate p. 3. c. ult. num. 35.*, *Tusch. Vers. Negligentia concl. 33. num. 15.*

3 Secundò, Administratores prædicti Communitatum, vel particularium, in quo fuerint negligentes, tenentur ad damna, & interesse ipsi Communitati, quæ passa est

ex eorum negligentia, ut si fuerint negligentes in exigendo cautionem in contractu, legato, vel censu præstanto, suis loco, & tempore *l. 2. de administ. rerum public. lib. 11.*, vel si fuerint negligentes, in exigendis legatis relictis Communitati, vel si neglexerint solvere feudum, canonem debitum, ab ipsa Communitate, ex quo Communitas passa est damnum, tenentur de tali damno: *Loesus d. c. ult. num. 33.*, ita nomina debitorum, non exacta propter negligentiam administratorum, cedunt eorundem administratorum periculo, & damno *l. Chirographus l. qui negotiationem §. penult. l. si tutella l. cum queritur ff. de administ. tutorum l. debitoribus C. eod. l. 1. §. Magistratus ff. de Magistrat. convenient.* *Gratian. discept. for. c. 626. num. 1. 2. 3.*, & seqq., ubi num. 6., quod debent hujusmodi administratores probare nomina debitorum fuisse idonea, quando per ipsos administratores fuerunt cōtracta, si ipsi administratores, qui fuerint negligentes in exactione contraxerunt ea, in quo ergo negligentia administrant, tenentur de proprio: *Pigant. ad Stat. Ferrariae lib. 1. Rub. 74. n. 11. 15.*, *Tusch. Vers. Negligentia concl. 36.*

4 Tertiò, quoties prædicti administratores puniendi veniunt propter negligentiam in sua administratione habitam, puniuntur in simplum *l. Imperatores §. item rescripsierunt Curatores ff. de administ. rerum ad Civit. pertin.*, hoc autem potissimum continet, quando sunt negligentes in conficiendis libris administrationis, in quibus debent, data, & accepta, cui, à quo, ex qua causa, & qua die nominatim, & singulariter, & singulatim scribere: *l. comperimus 2.*, ubi *Lucas de Poena Canavicularis l. xi.*, *Carleval. de Jud. lib. 1. tit. 3. d. 7. nu. 14.*, ubi plures allegantur de hoc articulo agentes: *Mascard. de prob. concl. 976. num. 66.*, *Menoch. de arbit. Jud. lib. 2. c. 208. nu. 20.*, & hoc ad effectum, ut possint reddere rationem suę administrationis, cum reliquatus restituzione; adnotatio autem reddituum,

Pars Secunda. Artic. III.

ditum, proventuum exactorum, sicuti expensarum solitarum &c., non debet fieri confusè, & in genere, putà dicendo tot recepi, tot expendi, sed singulatim ab N. tot, à tali fundo, & sic specificè declarare singula, hoc enim modo constat fidelitas administratoris: *Rota coram Merlino decis. 45. num. 7. 8.*, impressa post Merlin. de pign. *Ippolit. Riminald. cons. 338. num. 44.*, quia sic facile veritas, aut falsitas deprehenditur *l. argentarius ff. de edendo*, quod si non faciant, sed vel omnino omittendo, vel tantum in confuso, & in genere, notent, puniendi sunt, tanquam suspecti de dolo: *Loesus d. tract. de univers. p. 3. c. ult. n. 15.*, & seqq., quem librum tenentur exhibere; *Ridulph. prax. p. 3. c. 2. nu. 168.*, quæ omnia habent locum, non solum in Administratore Universitatum, sed etiam privatorum, & particularium bonorum &c., *Farinac. frag. Crim. p. 2. Vers. juramentum n. 1074. 1075.*, & pro reddenda ratione administrationis, potissimum consideratur liber, qui dicitur *Gornale*, potius quam liber *Magistralis*, quia hic, ab illo dessumitur ex consulto, & ex electione formatur; giornalis verò, cum de die, in diem formatur, notando in eo, quæ quotidie administrantur, præsumitur certiori veritate factorū conscriptus, & est veluti protocolum, ex quo formatur.

5 Prædicta tamen limita, primò in Administratore, sanguine conjuncto; consanguinitas enim, excusat à scrupulosa redditione rationum; cum consanguineis enim, non est amarè tractandum, sed cum quadam æquitate: *Abbas. cons. 12. in dubio V. tertius casus lib. 1.*, *Fulgos. cons. 25.*, *Paul. Montan. de Jur. Tutel.*, & *Curat.*, c. 32. reg. 8. num. 14., & maximè, si cum coniunctione sanguinis, concurreret etiam nobilitas; Si igitur Administrator esset consanguineus, sufficeret in libro rationum, descripsisse, & adnotasse, quantum verisimiliter expenderit, pro familia, & pro aliis contingentibus casibus, & necessitatibus ejus, cuius bona administrat, quasi in genere, & in confuso, ex alleg. per *Paul. Mont. d. reg. 8. num. 14. 15.*, dummodo illud, quod notatum est, sit verisimile, nec sit suspicio, aut præsumptio in contrarium, consideratis circumstantiis loci, temporis, & personarum: *Farinac. fragm. criminal.*

p. 2. *V. juramentum num. 168.*, & seqq., ubi num. 1069. post *Montan.*, & *Socin.* limitat, quando Consanguineus administrat, non jure consanguinitatis, sed tamquam Tutor, vel quia tenetur administrare; in quibus casibus, etiam consanguineus, tenetur reddere exactam rationem administrationis, & sic describere, omnia in libro clare, distinctè, & singulatim, non in genere, nec in confuso, alioquin incurrit pœnas negligentiae.

6 Secundò limita, si bona administrata, escent tam pauca, & modici valoris, ut de illis possit facile, & promptè haberi veritas, absque libro rationum, & inventario, quia tunc non confidere librum, non imputatur negligentia: *Farin. supra num. 1086.*, quia in re modica, cessat præsumptio dolii *l. Scio ff. de integ. restit.*, *l. siolem in fin. cum l. sequenti ff. de dolo.*

7 Tertiò limita, si administrator sit liberatio legata, per eum, cujus bona sunt administrata, quia tunc liberatur ab iis, quæ implicant aliquam negligentiam: *Galganet. de tutel. lib. 3. c. 58. num. 16.*, & seqq., *Cras. in §. legatum quæst. 40. num. 8.*, dixi, quæ (implicant aliquam negligentiam) intellige levem, non verò latam, ut observat *Pigant. ad Statut. Ferrariae lib. 2. rub. 129. num. 22. V. iterum ab aliis*, ubi num. 23., post *Rotam coram Arguelles Romana societ. à 30. Martii 1648.*, quod illi cui erat promissum de stando ejus computationi, non videtur remissa, libri legalis confectio, nec lata culpa, vel dolus.

8 Quartò, prædicti Administratores, vocationi ad reddendam rationem, & reperti negligentes, in librorum confectione, modo prænotato, damnantur ad interesse, declarandum per juramentum, in item præstandum, per universitatem, vel eum, cuius bona administrarunt *l. Tutor qui repertorium ff. de administ. tut.*, *Ruin. cons. 42. num. 2. lib. 5.*, *Bartol.*, & *Bald. in l. 1. §. Officio per illum tex. ff. de tutel.*, & rationibus distraendis, *Decius cons. 178. num. 3.*, *Plot. de in item jurando num. 194.*, *Loesus d. c. ult. num. 18.*, *Farinac. fragm. crim. p. 2. V. Juramentum num. 1062.*, & seqq., ubi plures allegat, & ampliat ad Tutores non confidentes inventarium, & sic negligentes, & num. 1064. ampliat ad quoscunque alienorum negotiorum gestores: *Cephal. cons. 39. nu.*

De Negligentiis.

39. num. 1. 2., Ridulphin. prax. jud. p. 3. c.
2. num. 168.

9 Quinto, Administrator, qui neglexit confidere inventarium, & notare singula in lib. rationum, non gaudet beneficio præscriptionis 15. annorum, ex dispositione Statuti Ferrariae lib. 2. rub. 129. per tex. ibi, si tutor prædictus conficerit inventarium, & notat ibi Pigant. num. 18.

10 Sexto, Exequatores testamentarii, sicuti & legitimi, tenentur de negligentia commissa in confectione inventarii, quia, & hujusmodi exequatores inventarium facere tenentur, sicuti, & tutores: Speculator in tit. de instrum. edit. §. 14. Vers. sed an simplex, Roland. conf. 49. num. 6. lib. 1., Card. Tusc. in V. inventarium. 347. num. 13., & n. 25., quos cum aliis sequitur, Farinac. in fragm. Crim. p. 2. Vers. juramentum n. 1080., & 1081.

11 Septimo, Administrator, qui vel ex Juri dispositione, vel ex promissione, vel in vim mandati acceptati, obligatus est emere fundum frugiferum, si omittat, & negligat emere, tenetur ad interesse non solum lucri cessantis, sed, & damni emergentis l. si Procurator 8. §. mandati actio, l. si mandavero §. Julianus scribit, & §. sicut autem ff. mandati, Gratian. discep. for. c. 240. num. 34.

12 Dum haec scriberem, habui in facto quæstionem circa negligentiam administratorum bonorum Seminarii Clericorum Ferrariae, cui pro Episcopo præsidebam; invimus, enim ex negligentia administrantium, & exigentium annuas contributio-nes, & taxas supra Beneficia Civitatis, & Diocesis impositas, plures annatas dimis-sas fuisse inexacta, ita ut Beneficiatis præcessoribus decedentibus, hodie à successori-bus in eorum beneficiis peterentur annatae portiones, & taxæ decursæ, temporibus præcessorum, & non ab eis soluta, potissimum, propter negligentiam administratorum Seminarii.

13 Et multa obiiciebantur à successoribus in Beneficiis, ne cogerentur solvere ratas decursas, tempore præcessorum, & Primo, quia sicuti legata annua, debentur ex fructibus illius anni, l. firmo §. Pater, & ibi glos. ff. quando dies legati cedat, & l. liberto. §. 1. ff. de anno leg., unde fructus, & non bona sunt hypothecata, quæ sunt hypo-

thecata pro legato unica vice, & præsta-tione solvendo l. 1. C. com. de leg., ac per consequens, danda sit actio solum contra eum, qui fructus percepit, ut in specie concludit Surd. decis. 28, Gratian. discep. for. cap. 294. num. 8., quæ omnia videntur ha-bere locum, respectu oneris annuae taxæ, pro Seinario, quæ respicit fructus, cum pro rata fructuum sit taxata, sive Gratian. loco citato num. 10., quod fideicom-missarius, non teneatur ad legata annua, non soluta ab hærede, qui percepit fructus, sed teneantur illius hæredis hæredes, Ali non. conf. 19. nu. 16. Vers. quod tamen in-telligo, aliique plures apud eos; Secundo, quia tunc tantum successor tenetur ad one-ra, & debita contracta à præcessore, quan-do ea fuerunt contracta ob, necessitatem, vel saltem, utilitatem Ecclesiæ oneratae: c. 1. de solut., ubi, & D.D. communiter, cujusmodi non est hoc onus, sed debitum contractum à præcessore, pro taxa Semi-narii, & non suæ Ecclesiæ, aut Benefitii; Tertio, quod facit ad nostrum institutum est, quod ut competit actio, contra suc-cessorem in Beneficio, debent probari factæ omnes possibles diligentiae, pro exi-gendo à præcessore, ita ut nulla supersit facienda, ut à simili in materia pensionū decursarum, tempore præcessoris, & non solutarum, tradunt D.D., & post Romanam Rotam Statil. de Salviano interdicto in-spect. 3. c. 4. num. 612., Merlin. de pignor., & hypot. lib. 2. quæst. 92., Rota apud Mar-chesan. de commiss. p. 1. fol. 604. 606. 607., Barbosa ad c. 1. de solut., & de potest. Epi-scopi alleg. 120., ita ut dilatio ultra sex men-ses, ex charitate, & misericordia, in præ-judicium successorum, non sit tolerabilis, Poteus decis. 185. num. 3. lib. 2., Lotber de-re benef. lib. 1. q. 39. num. 139., post Rotam in Larinen pensionis 7. Februarii 1620. coram Ubaldo, Belramin. ad Greg. decis. 507. nu. 7., & ratio quæ videtur habere locum in casu nostro est, quia actio contra suc-cessorem in Beneficio, pro debitis non solu-tis à præcessore, est accessoria, & subsidiaria: Lotber supra num. 109. per tex. in l. sed Julianus §. idem ait ff. ad Macedon., & quia negligentia exigere debitum, non debet esse successori in Beneficio damno-sa l. electio verò §. ultimo l. rem hæreditariam in fin. ff. de evict., Socin. conf. 273. num. 3. lib. 2., Amat.

Pars Secunda. Artic. III.

Amat. Decif. Ferrarie 7. num. 7., & decis.

42. num. 4., idèò adversus administratorem negligentem, vel ejus hæredes, Ecclesia laesa, habet actionem ad damni emendationem, ut de Prælato negligentem scripsit, Vasqui. controv. illus. lib. 3. c. 105. num. 40. cum seqq., per tex. in c. placuit il 2. 16. quæst. 3., & hoc in odium negligentis, ut scribit Sebas. Medic. trac. de casibus fortuitis quæst. 9.

Tum quia decimæ decursæ, & ex negligen-tia exactorum, non petitæ, non debentur à singulari successorē in fundo, Rota in an-tiquis decis. 25., Paris conf. 15. num. 26. vol. 1., & conf. 6. num. 11. vol. 4., Faber. in Cod. lib. 1. tit. 2. defin. 66. num. 1. vol. 1., quia ex quo non petitæ, censentur remissæ Jo. Vinc. de Anna singular. 143., & post plu-rides alios: Borell. Summa decis. tom. 1. tit. 19. num. 27.

14 Verum ex adverso, & pro Seminario, di-cebatur, conveniendos esse successores, pro decursis, & non solutis, tempore præcesso-rum, quia negligentia Administratorum, & exactorum, hujusmodi taxæ, non poterat præjudicare Seminario.

Primo, quia taxæ onus, pro Seminario impositum, est reale, ut clarè constat ex verbis Trid. sess. 25. c. 18., idèò non extinguitur cum persona, sed transit ad suc-cessores in Beneficio, ad quos non transeunt onera personalia c. veniens de transact. c. nisi de renunt., Gambara de officio Legati lib. 6. num. 410., quia taxa pro Seminario, impo-sita fuit per respectum ad valorem Bene-ficii, quo casu est onus reale, Lotber de-re benef. lib. 1. quæst. 39. num. 75., & ad quoscunque successores, fructuum Bene-ficii perceptores transit, Fran. Leo. thesa-ur. for. Eccl. p. 2. c. 15. num. 50., Gigas de-pens. quæst. 43. num. 2., & quæst. 90. num. 1.

15 Ex quo fundamento, etiam pensiones de-cursas tempore præcessorum, & non solu-tas, deberi à successore in Beneficio disertè concludunt: Merlin. de pignor., & hypot. lib. 2. quæst. 92., Gratian. discep. for. c. 94. num. 52., Barbosa de potest. Epis. alleg. 87. num. 54., & alleg. 120., Paris. de resig. lib. 1. quæst. 8. num. 40. 41., Azor. inst. moral. p. 2. lib. 9. c. 14. V. quæres an successor., Sta-til. de Salviano interdict inspect. 4. c. 4. num. 601. 603. 631., & inspect. 3. c. 4. num. 608.,

& seqq., Rota coram Greg. Decif. 507. num. 2., Barbosa in c. 1. de solut. num. 6., & Ro-ta apud Statil. de Salviano decis. 196. num. 2. decis. 221. num. 3., & apud Marches. de com-mis. p. 1. de commis. appell. in causa pen. coram Panphilio num. 3. 4. fol. 606.

16 Et ex eodem fundamento oneris realis, tenetur singularis successor in fundo, sol-vere decimas decursas, & à præcessore in eo, non solutas: Bellencin. de caritativo sub-sidio quæst. 51., Abbas in c. cum homines nu-6. de decim., & in c. Pastoralis cod. tit., Za-barell. in Clem. 1. de cens. 9. 10 num. 5., & pluribus aliis allegatis, Merlin. de pign., & hypot. lib. 2. quæst. 92. num. 7., Rota decis. 1182. lib. 3. p. 3. diver., Bellet. disquif. Cleric. p. 1. tit. de Clerico debitore §. 8. num. 2., Ho-biens. in c. pastoralis num. 11. de decim., Jo. Bapt. Costa de ratione ratæ quæst. 149. num. 63., Borell. sum. decis. tom. 1. tit. 19. num. 11., Barbosa in c. tua il 2. num. 13. de de-cimis.

17 Ideoque possessor fundi pro decimis præ-teritis, conveniri potest, Capic. Decif. 20. num. 26., & seqq., Cassan. in Consuetud. Bur-gund. rub. 4. §. 6 V., & sopporter. num. 4., Riccius in prax. resol. p. 2. resol. 57., Vallasch. de Jur. empib. quæst. 17. num. 18., Vin-cent. de Franch. decis. 107. num. 11., & seqq., Azor. insti. moral. p. 1. lib. 7. c. 24. quæst. 2. & q. 18., Moneta de decimis c. 6. num. 18. 19., Rebuff. de decimis qæst. 9. num. 9. post medium.

18 Ita pariter eodem fundamento, nouis fundi possessor pro collectis, & tributis præteritis, & à præcessore non solutis, conveniuntur, ut est tex. in l. Imperatores ff. de veetigal. l. 5. §. fin. ff. de cens., Nata cons. 71. num. 2., Paul. de Castro in l. ea conditione C. de rescind. vend., Surd. de alim. tit. 8. pri-vil. 52. num. 2.

19 Et similiter pro censibus præteritis, & à præcessore non solutis, posse con-veniri successorem possessorum fundi: Val-asc. de Jure empib. quæst. 32. num. 13. 14., Surd. conf. 162. num. 11., Gratian. dis-cept. for. c. 16. num. 16., & c. 141. num. 5., Barbosa in c. tua il 2. num. 15. de decim., Gabriel. conf. 47. num. 12. 13. lib. 1., Cen-sus de censibus p. 2. c. 2. quæst. 5. art. 9. nu-28., & 63.

20 Sicuti successor in Beneficio, tenetur sol vere Jura Episcopalia, etiam pro tempo-
re præ-